recte pulcritudinem. quam scilicet et ipse gentes ad xpm uenientes. fidem iacob
imitauerunt. uel quia prudenter eum o supplantantes. Ideoque iudeis reprobatis.
ipsi deo placuerunt. Ascendit deus in iubilo .i. in mutatione apostolice
multitudinis laudatione. Dominus in uoce tube .i. in concrepacione angelice
laudis more uidelicet triumphantium. quos de uictoria redeuntes laetu
barum concentu spire dicentes. Uidete .i. intellegite quia ego sum dominus sapien
tia scilicet et uera. Res fidelis et non parua. sed omnium maxima et summa.
Ideoque nec facile inueniri potest. Ergo si eam inuenire uolumus necesse est ut
a seculi actibus quiescamus; unde et salomon ait. Qui minoratur actu percipiet eam.
Exaltabor in gentibus .i. credar deus esse. Et exaltabor in terra. Terram uocat hic
iudeos terrena tantum sectantes. Exaltabor inquit in terram .i. credar
a iudeis uerus deus esse. Dominus uirtutum nobiscum susceptor noster deus iacob.
Notandum quod iudei ad litteram hunc psalmum de sennacherib cantatum ac
cipiant. qui cum obsideret ierusalem cum centum octoginta milibus una noc
te centum milia interfecta sunt in castris ab angelo. Illi uero qui introrsus
erant ex diuino confidentes auxilio dicebant deus nostrum refugium et dominus uir
tutum nobiscum. Omnes gentes plaudite manibus

PSallite domino nostro .i. laudate eum. Quoniam rex omnis terre deus .i. non unius tantum loci.
psallite sapienter. Ille sapienter psallit qui uoce et opere deum cantat. Reg
nabit deus super gentes. Regnat quidem nunc sed plenius regnabit in die iu
dicii. Deus sedet et presidebit. Super sedem sanctam suam. id est super ecclesiam uel in nu
be et potestate iudiciali in qua sessurus est in die iudicii. Principes populorum con
gregati sunt cum deo abraham .i. apostoli constantes duces ecclesie. Uehementer eleuati sunt.
Prius humiliati uehementer a xpo sunt eleuati quando eis dedit potestatem
miracula faciendi siue etiam deosterre philosophos gentium uocat. qui diu pu
tabantur ante aduentum xpi uehementer elati scientia et prudentia seculari.
Contra hos principes populorum cum deo abraham in die iudicii congregabuntur.

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 41-48.59-66 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 105-106.112-113, LyonBM788_096_61V – Commentary on psalms (https://fragmentarium.ms/view/page/F-73yy/431/6387)